



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Policratici Contenta**

**Johannes <von Salisbury, Bischof>**

**Parrhisius, 1513**

Ca. xiii. De variis ominib[us].

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70332](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70332)

passu itinerantes precedant.

¶ De variis ominibus. Capitulum XIII.

**I**N expeditionem missus consul romanorum dū nullius boni ominis fortiretur auspiciū columbas ieiunio cōfectas granis sparsis triticeis in via qua iturus erat preferri iussit: vt vel earum omine auspicii duriciam subleuaret. Que cum diligentius obseruata a cibus abstinerent: eas precipitari iussit in flumen saltē vt biberent: submersęq; vi fluminis docuerunt consulem cum toto suo exercitu submergendum. Hic etenim est secutus euentus. ¶ Apes platonis infantuli mel labiis inferebant singularem dulcedinem eloquentie eius futuram presignantes. Hiero summus postea sicilie magistratus quod virtute promeruit / a patre nobilissimo viro expositus est: eo qd ex ancilla susceptus: dehonestamentū generis videbatur: & quasi probrosa dari sanguinis macula. Sed paruulum & indigentem opis humane: apes circa eū melle congesto: plurimis aluere diebus / & sic consilio a iurispiciū ei regnum portendi canentium: a patre agnitus: recollectus: & diligenter institutus est. Paruuli inde amabilis formice granitritici congregabant: signantes eum futurum ditissimum: vnde & res aureas ipsius attractu fieri poete finxerunt. Sulpicio sacerdoti lapsus apex de capite sacerdotium abstulit. Occentus foris eis auditus martyr cofabio prefecturā. Si nugis hiberis per omnia credis. Si vestem in operis tui initio a foricibus corrosam senseris: tempera ab inceptis. Si egrediens calcaueris limen: aut in via offenderis pedem contine: si in procinctu agendorum aliquid damni pertuleris: differes inchoata: ne vel tota intentione frustreris / aut inutiliter impleatur / expecta dum omine meliori faustam agendis horam arripias. Omnia namq; sunt aliquid. Cum processeris: abscondita futurorum / aures quas omniales vocant tibi pronūciabūt. Que nam sunt iste forte interrogas quas scilicet de natura hominum in formam auium poete asserunt esse conuersas. Quid cornix loquatur / diligenter ausculta: sitūq; ei<sup>9</sup> sedētis aut volātis nullo modo contempnas. Refert etenim plurimum a dextris sit / an a sinistris qua positione respiciat cubitum gradiētis: loquax sit an clamosa: an filens omnino: precedat an sequatur: transeuntis expectet aduentum an

Hiero sacerdos sicilie.

De omine fornicarum.

Omina mala in operis primordio.

De presagio cornicis.

Polícraticí de Curialíũ nugís.

Virgil. in  
ix. eglo.

De presagio  
corui.

De presagio  
cigni.

Aquila presaga-  
rium.  
H. ð alarionē  
speciē potētiss-  
simā aquilarū

Aquila poten-  
tior ceteris  
auibus.  
Aquila in qui-  
bus ceteras  
aves superet.

Nota aquilā  
supuolantē vi-  
croziā p̄tulisse  
locris aduers⁹  
crotonienses.

fugiat: quove discedat nō negligēter attēde. Ait nāq; Virgili⁹.  
Quid nisi me q̄cūq; nouas icidē lites An sinistra cana monuisset  
ab ilice cornix. Nec tu⁹ hic meris: nec viueret ip̄e menalchas  
Quis in eo videat in artē offendisse: q̄ cornix quā vite senatri-  
cē assenuit rerū magnarū ignorat auspitiā: nisi forte in ea preter  
naturā fiat ostētum/ quale est q̄ iminēte bono: & optato perosi  
imperatoris exitio de rupe tarpeia: p̄ urbem cornix greco elo-  
quio protulit: bñ qdē erit quod augur interpretat⁹ ita exposuit.  
Nuper que sedit tarpei culmine cornix: est quia nō potuit dice-  
re: dixit erit. Sed ignoscas viro doctissimo rusticā simplicitate  
tem exprimēti aut quia pauperū vita diuitib⁹/res videatur exi-  
gua: qui humanū genus vt paucis seniat assenuit institutū. Cor-  
uus vero quem nō minori diligentia obseruabis: rebus maioribus  
auspicatur/ vt vsq; quaq; cornici p̄iudicat. Porro cign⁹ in au-  
guriis ales gratissima nautis vtpote que aquarum domestica  
quadam gratia familiaritatis earundem secreta prenouerit: an  
nescis apud maronē bis senos letātes aere cignos reducere clas-  
sem enee veneris vaticinio nunciāsse. Eorū nāq; bylaritas: non  
modo nautis: sed & quibusq; peregrinatibus felicium euentū  
gratiam sp̄det nisi fortioris superetur aduētū. Aquila nāq; si-  
cut rex auium est: si non alarionem excipias: que forte aquilarū  
species potētissima est: regni sui maiestate omnium auium si cō-  
tra loquat fidē euacuat/ potuerat apud statū presagio volucrū  
grecorum exercitus cōfortari: sed fortior ecce aduētans per ma-  
re cohors. Amphiorao interprete grecorū quoq; exiciū patefecit.  
Licet enim aquila quarūdā auium viribus superetur: in pre-  
nūciatione veri nulla potētior est. Cunctis siquidem auibus ex-  
cellenti⁹ volat: & ab ipsius iouis archano nunq̄ excluditur. Cūq;  
tanto visus acumine vigere dicatur: vt ab ethere summo piscis  
culos in profundo maris contueatur: & in ipsū solem quod nul-  
li animantium licet figat obtutum/ sensuum quidem subtilitate  
de iouis gratia conscientiam veritatis rerūq; misteria mutua-  
tur. Quis enim falsum interpretem dicat: quem cōsiliōrū iouis  
nouit esse participem? Locris aduersus crotonienses dimicanti-  
bus/ aquila dum pugnabatur supuolans: victoriam dicitur cō-  
tulisse: cum pauci numero deleuerint infinitos. Hoc tamen va-  
lidiori signo scribitur raboratum: eo q̄ duo iuvenes procerioris  
stature elegantioris forme in candido habitu ab utroq; latere lo-  
cos precesserit scilicet vt erat cōmunis opinio castor & pollux.  
Oia vero huiusmodi cum geminantur potentiora sunt. Dum

hiero de quo supra prima bella iniret: aquila ex improviso re-  
 dit in dipeo progrediētis manu promptum regemq; futurum  
 significans. Ea die qua natus est alexander due aquile tota die  
 per pedes supra culmē domus patris eius federunt: omen dupli-  
 cis imperii europe aheq; preferentes. Vultures difficultatem  
 portāt/duriciam/rapacitatem: sicut habes in origine vrbis con-  
 dende. Fenix singlaris felicitatis successus pollicetur quale est  
 quod noua roma viso fenice meliorib⁹ auspiciis cōdita ē. Auis  
 picta vrbi pictauorum contulit nomen: leuitatem gentis colo-  
 re & voce prefigurās. Ardea rerum arduarū auspicium est. Ci-  
 conia quoniam auis cōcordie est: concordiam inuenit: aut con-  
 cordiam facit. Grus semper affert quod expedit vnde & gruere  
 verbum antiquum a quo congruere quod pficit: & ingruere cō-  
 tra quod officit. Vnde illud. Bis vicibus ingruit imber. Necta  
 men minores contemptui habeas: cum & pica loquax sicut ad  
 multa: sic ad susceptiōem hospitem facit te cautiorem. Si auis  
 que vulgo dicitur albanellus preteruolans viam a sinistris fera-  
 tur ad dexteram de hospicii hylaritate non dubites. Si contra  
 contrarium expectabis. Aues quoq; domestice artificii huius  
 non sunt expertes: cum galli cantus spem: iter: vel opus incho-  
 antis promoueat. Tyberio nascituro pregnans linia ouum gal-  
 line subductum eo vsq; nunc suis/nunc ancillarum manibus eo  
 vsq; fuit: donec gallus insigniter cristatus exclusus est. Vnde  
 et augures puerum qui nasciturus erat dixerunt regnaturū. Bu-  
 bonis/strigis et noctue/semper infausta sunt oia. Noctua tamē  
 eo q̄ noctis tenebris non cecatur: diligētis hominis vigilantia  
 signat: vt in portento quo in hasta hieronis cum primum pgre-  
 deretur ad bellum noctua dicitur confedisse: significans eum fu-  
 turū diligētissimum. Bubonem dido dum misceret enee sensit  
 infaustum. Si accipiter quippiam ve generis huius sub oculis p-  
 ficifcentis solitam rapinam exerceat: inter eundem rapacitas i-  
 minebit. Quod et ioculariter inuens naso ait. Odim⁹ accipi-  
 trem quia semper viuit in armis. Regulus quoq; ipse qui et bi-  
 trifcus dicitur: vera quandoq; portendere non dedignatur. Mi-  
 nute etiam aues aduentu suo vel recessu significat familiā nunc  
 minui/nunc augeri. Omnium vero volatus q̄to serenior tanto  
 laudabilior. Vnde melampo augur prenomiatus conquerit  
 stragem grecorū coniciens ex volatu. Vides vt nulla serenos  
 ales agat cursus. **C**A bestiis quoq; viarum tūarum euentus  
 scrutaberis. Leporis timebis occursum si tamen euaserit. Est

De vulture.

vt. l. de vete.  
iure enucle. l.  
j. qui romam.De ardea.  
De ciconia.

De grue.

De pica.

De albanello.

De gallo.

Hō liniam de  
tyberio pgnā  
tem ouū fouit:  
se donec gall⁹  
excluderetur  
cristatus.  
De bubone/  
strige/et no-  
ctua.De hoc virgīl  
in. iij. eneid.  
De accipitre.Naso.  
De regulo.De minutis  
aubus.

Melampus.

- De lupo.** enim proculdubio longe commodior in mensa q̄ in via. Lupo obuius congratulaberis: boni siquidem nuncius est: licet solo visu nocere soleat ei quem ante preuiderit vocēq; precludere. Iuxta illd virgilio. Vox fugit ipsa lupi merim videre priores. Hiero siculus litteratorio insilens studio: inter coequales stilo operam dabat: eiq; lupus in turba puerorum repente conspectus turbam eripuit successus hominis firmans inaudita forma prodigii. Quid multa? Lupi efficaciam nō negabit quisquis gen<sup>9</sup> romanorum lupino lacte nō ambigit educatum: vnū plerumq; quod in eis dulcius est: ad hoc lupinū sapore retinet: primi q; eorū fidē quā a matre lupa didicerāt sibi inuicē seruauerūt: eadēq; quadam lege nature manauit ad posteros. Ouib<sup>9</sup> gratanter obuiam gradieris dum capram vides cui alludēs poeta ait. Occursare capro cornu ferit ille caueo. Bobus triturantib<sup>9</sup> libētius tamen arātib<sup>9</sup> obuiabis: nec displiceat si viā ruperit: quia moram itineris hospicii gratia cōpensabit. Mulus infautus est: asinus inutilis: et si vtilissimi sint ad onera perferenda. Equus quādoq; bonus est: sed in eo nihil vtilius q̄ q̄ hūanis vsib<sup>9</sup> seruit: habet vero iurgiorum et pugne significationem. Interdū tamē ex calore et vlu mitigatur. Vnde apud virgilium. Visis equis albis apparente italia senior anchises exclamat. Bellum o bellū terra hospita portas. C Ceruum/capreolum: aprūq; siluestrem onagrum: & cetera huiusmodi malo prandenti apponas: q̄ vianti opponas. Eneas ceruis p nauū numero fufis omen quod cōtrarium videbatur ad se sociorumq; fortunam virtute retorfit. Canis sequipeda cōmodissimus est. Cuius si vera est hebreorū traditio/nec angelus ipse thobie socius aspernatus est comitatum. Quid quod syrus scelere aui expositus in filius/vt periret: canicule vberibus/regnum adeptus est persarum. Locusta est & si minimum possit itinerantium tamen prepedi vota: ex eo forte sic dicta: q̄ loco stare faciat gradientes. E contra cicada viatoris promouet gressum & nūciatorū amenat exitū. Aranea dū a superioribus filum ducit spem venturę pecunie videtur afferre. Obuius bufo futuros successus denūciat: mihi tamen vel solo visu molestus est. Verumtamen homine ipō nihil potenti<sup>9</sup>/nihil efficacius est/nihilq; mortalium vnq; inuenies/quod euidenti<sup>9</sup> exprimat veritatem. Porro si artem diligēter exequeris: conditionem eius: & dona nature: situm: gestum/motumq; corporis: sensumq; sermonis/ tota mentis intentione notabis.
- In. viij. bucolicozum.**
- De oue et capra.** Virgili<sup>9</sup>. s. bucolicozum.
- De mulo.**
- De asino.**
- De equo.**
- In. iij. eneid.**
- De ceruo.**
- De cane.**
- De locusta.**
- De cicada.**
- De aranea.**
- De bufone.**
- De homine.**

**¶** Sacerdotem obuium aliumve religiosum dicunt esse infaustum. Ego quoque perniciosum credo non modo sacerdotibus sed & viris sapientibus contraire. Melius quoque est obuiari genti seruatori quam hiis qui summa sunt preediti potestate. Feminam quoque que capite discooperto incedit infelicem crede: nisi ut apud plinium legitur publica sit: aut plurimum libidini pateat prostituta nec expedit illi occurrere que amoto velo caput suum deturpare non erubescit. Ab his que primo audieris iter operis cuiusque auspicia: quid sequatur prenoscas. Hinc deus incumbens baculo quem dextra gerebat. Omnia principiis dixit inesse solet. Auditas voces timida perpendimus aure. Et primum visam consulit augur auem. Ea siquidem futurorum prenostica sunt. **¶** Petilius consul romanus oppugnans castrum in sicilia cui nomen letum erat: cum milites accingerentur ad pugnam ait. Ego hodie letum capiam. Casusque sic accidit cum ipse eadem die fuerit interemptus. **¶** Alius quoque consul cum a senatu destinaretur ad expugnandum regem persarum: a filia quam in hostio domus flentem obuiam habuit causam quesivit. Cumque illa responderet periisse persam: sic enim catulus qui forte perierat dicebatur: profectus in expeditionem triumphum iam inuenit: eo quod rex persarum perierat: quando filia consuli catulum flebat amissum. **¶** Ab ipsis etiam elementis aut temporis qualitate rerum frequenter trahuntur auspicia. Fortune duriciam gratia roris aut modestus ymber emollit. Roscidum quippe: & super pluuiale tempus: aerque sudus tunc dum operis cuiusque incunctatim ortum persequitur: creditur eiusdem fortunare processum. **¶** Cum fortuna que frigios exules liuenti oculo diu perstrinxerat: tandem benignius quasi de specula gratie respexisset: olli ceruleus supra caput astitit imber. **¶** Venus naufrago filio apud didonem hospicium preparans eundem fido achate comitatum: dum introduceret in regine gratiam caua nube obtexit. **¶** Tonitrua quoque varias habent significationes. Si enim afferant quamcumque fulminis lesionem: infausta sunt. Vnde illud. Sepe malum hoc nobis si mens non leua fuisset. De celo tactas meminisse dicere quere. In his autem & illud perpedit: an semita vna descenderit: an multifaria aeris ruptione diffusos sparserit ignes. Hoc eadem sepe tristi est. Dum quare cesar civili bello immineret quod fulminosus aer extiterit: quod habuerit igneos turbines: quod trabes emiserit: nec veteres historie sufficiunt enarrare. Et tunc ignota obscuri

De sacerdote  
et religioso.

De femina in  
cedente capite  
discooperto.

De petilio con  
sule.

De tempore se  
rendo et nubilo

† Illud videtur  
mollis vel humi  
dus.

De tonitruo  
De fulminibus  
et alijs aeris  
turbibus tpe  
quo bellum ciuile  
cesar mouit.

**¶** Tonitruū  
a pte sinistra  
fuit enee pro-  
pitiū.

**¶** Tyberius ti-  
more fulguris  
tēpore nūbilo  
portabat in ca-  
pite coronam  
lauream.

**¶** Hier. x.

**¶** Oratio qñ ful-  
minat.



**¶** Prover. xxvj.  
**¶** Prover. xij.  
**¶** De fulgore  
igneo.

**¶** De signis in  
ortu alexātri  
et octauiani.  
**¶** De vento in  
exitu exercit⁹  
**¶** De vēto in bel-  
lo tā in acie q̄  
circa patriam

**¶** De signo mu-  
gitus terre.

ri videntur sydera noctes. Si vero fulminis careat tempestate. si leuū sonet deorum creditur nunciare fauorem. Eneas iouē a sinistris tonantem audiens: se eum premissis sacrificiis opina- tur habere propitiū. Sed qualitercūq; ista se habeant: innatū timorem hominum poterit mitigare: q̄ nemo sentiet fulminis ictum / si ante tonitruū sonum audierit: aut preiderit: chorusca- tionem. ¶ Tyberius cesar turbatiore celo laureā coronam ge- stabat in capite: quia hoc genus frondis fulmine negetur afflari Tonitrua siquidem timidissime: & vehementer semper exhor-ruit. ¶ Est tamen quod proculdubio longe tutiorem faciat ho- minem si fidem crucis seruat in pectore / iustitiam fidei gestat in capite / & salutiferum signum fidei / manus innocens / figat in fronte / illum semper pre mente habens qui cultoribus suis om- nem mūdi timorē excutiēs ait. A signis celi ne timueritis que timent gentes: quia ego vobiscum sum dominus deus vester. Hec quoq; verba inter tonādum / vel audita / vel dicta / scribūtur a quibusdam noxam fulminis amouisse. Nihil autem est quod imminentibus signis ita totum concutiat hominem sicut mēs sibi conscia iniquitatis / & que scelorum suorum penam ad sin- gula timet exposci. Vnde ethicus de criminosis. Hi sūt qui tre- pidant & ad omnia fulgura pallent. Econtra iustus confidit vt leo / & illud non contristabit iustum quicqd ei acciderit. Fulgor quidem igneus si vrendo non noceat / celebritatis gloriam as- fert. Neq; quia non vrit igneus non est si tamen in hoc plato re- cipitur. Due sunt inquit ille (vt opinor) virtutes ignis. Altera edax & peremptoria: altera mulcebris & innoxio lumine. Pos- teriorem asserit operatricem visus & superioribus vim suam maxime exercere. Ascanium fatalis exilii cum patre discrimi- na subeuntem ignis de celo quasi succēso capite illustrauit: pre- nunciāns ei deberi felicitatem exilii / ipsumq; futurum in gentē magnam Alexātri macedonis & octauiani augusti: sub ipso eorum ortu claritas ignis miraculo declarata est. ¶ Proficiscē- tem expeditionem dum egreditur prosequens vētus successuū spem fortunat dum in hostes vexilla feruntur: aeris testimonio vexilla triūphabunt. Si vero patrie imminent iustissimum in- cutiunt metum. Terra quoq; ipsa misteriorū conscia est sed gra- uia omnia frequentius portat: eo q̄ fundata super stabilitatem suam mauult quiescere q̄ moueri. Cum ergo mugitus eius au- ditur amaris euentibus condolet: & quo affectu suis compatiat- tur alūnis / vocis sue tristitia ptestat. Magna siquidē & pia pa-

rens omniū est: Studuerat hec ab amplexu hospitis arcerē phē-  
nissam: sed quia conciliatrix hospiciū uenit iā preualuerat: ta-  
cta dolore cordis intrinsecus mugit: quoniam ei mugitus pro-  
gemitu est: hec eadem quotiens tremit filiis suis preuidet ali-  
quid metuendum: nisi forte parturiēdo laboret. Tunc uero uel  
omnino facit abortum: aut inutilem fetum parit: quia ut mul-  
tum sepe cum parturiunt montes nascetur ridiculus mus. Hec  
sunt quibus totam uigilantiā suam uideas accommodare q̄ plu-  
rimos. Cetera de genere hoc adeo sūt multa: loquacem ut lassa-  
re queant fabium: quibus quecūq; domus institerit: eam nec ab  
ipsa salute arbitror posse saluari.

**¶** Explicit liber primus.

**¶** Incipit prologus in librum secundum.



**O**mnia cedunt in usum sapiētis: habētq; ma-  
teriam uirtutis exercende quecūq; dicitur/  
aut fiunt. Nā & oia eius negocia sunt: & dū  
rationis libramine rerum omnium vires pen-  
sat prouida dispensatione quicquid ad beati-  
tudinem proficit quasi quadam manu uirtu-  
tis apprehendit. Tu ergo diuine sapiētie tue  
argumento validissimo dupliciter fidem facis: dum & in tuis  
actib⁹ rectus incedis: et philosopharis in nugis alienis. Alacres  
itaq; exeant nuge nostre quas serenitas tua prodire iubet in pu-  
blicum: ut cōiectores mathematicos cum quibusdam aliis nur-  
gatoribus introducant: quia quibus dedisti egrediēdi audaciā:  
securitatis quoq; fiduciam prestabis. Connectatur ergo inferiora  
superioribus: ut si quid in alterutris uiciosum aut deforme ap-  
paruerit: benignitatis tue prudētia corrigatur.

**¶** Explicit prologus libri secundi.

*Hō exemplo  
alieno quē pos-  
se sua pagere.*